



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 31. 32. 33.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

castigationis causa, vel ante crucis supplicium, vel etiam antequam secum percuterentur.

Ch. illum innocentem flagellari iubet Pilatus, ut hoc supplicio populo fucuti satisfiat, & à postulatione maioris supplicij desistat. Crudelem fuisse ob ministrorum seuitiam, flagellationem docet Vlpian. lib. 8. de penis, frequenter enim supplicij in memoriam. De flagellatione multa Lippus l. de cruce. & plura noster Gretserus, ad quos lectorem remitto. Hoc solum moneo saepius prædictam esse à Domino flagellationem. Matt. 20. 19. Ioan. 49. 5. Imo Plal. 34. 11. lla. 50. 6. alijsq; locis.

Prudenter itaq; & piè monet Clemens Strom. 2. oportere nos esse in tolerantia Christo conformes. & ἵνα κενώμεθα, ὡς αὐτὸς κενώσας ἐστίν. Qui Christo propinquas, plenus est flagris.

§. 2. Milites præsidis totam cohortem prætoriam congregant in ipsum prætorium, ubi Dominus fuerat flagellatus, ut crudeliter danato illudat. nul. à iustit. à, sed met. à seuitia. Syrus milites vocat סוּסַרְסַר עֲבָדֵי הַמֶּלֶךְ (Ephraime) & monet glossa est: פְּרִיטְוִי בִן עַל לִשְׁוֹן לֹמֵי. Sic prætorium vocat פְּרִיטְוִי פְּרִיטְוִי. & cohortem seu סְפִינְיָהּ אֲפִינְיָהּ. hanc enim nomina visitata fuerunt apud ipsos Syros. Antoniam arcem occupabat cohors, sed vix credibile est, eam præsidio delitutam fuisse, de prætoria igitur cohorte interpretor, quæ ad manum erat præsidii. Barbata igitur crudelitate tractant innocentem, quæ ne quidem nocentissimum, iam extrema luiturum vexare iura permittunt. Chrysostomus eam crudelitatem valde detestatur. ὁ περ ἐκ τῆς συνθήμας ὁ Διάβολος τὸν ἐχρῆσεν, ἐς τὸν ἵδου τοὺς φθόνους καὶ βασανισμοὺς καὶ παρὰ τὸν αὐτὸν οἱ ἐργαζομένοι πόνους καὶ ἐκ πολλῶν αὐτῶν: ἐκ ἐνδοχῶν οὗτοὶ Διάβολος ἡν ὁ τῆς βασιλείας ἐκ παλαιῶν καὶ τῶν τῶν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἔργων. Quasi omnes ex consilio conuenissent, ita signo dato ad choream omnes diabolus concitabat. Nam etsi possimus inuidie tabescere ad infamiam Iudeos concitatos fuisse, tamen qua de causa moti milites fuerint, non patet. Diabolus igitur erat, qui vniuersos tunc illos occupauit: voluptatem etenim ex contumeliis propter immanitatem suam capiebant.

Ex primo quidē veste exuunt: post flagellationē induunt deinde Chlamyde coccinea induunt בְּלִמְדֵי צִלְמִידֵי vocat Sy. Coccinea a. צִלְמִידֵי דֵּזַבְחִינָא. Chlamidē imperatoriā, militare purpureā inteligo, seu regiā quo de ornatu à me tractatū est l. 7. Poli.

§. 3. Chlamide regiā ornatu ad affectu regni exprobrationē etiam coronant, sed spinis. Rhamni aut cespum, qui lancinet, & vncinata cuspidē in hæreat valeri. Crudele planē ludibriū, caput consertū spinis. De coronis regum, earumq; origine, & formā l. 7. c. 10. Politicis tractauī. Nunc id vnum cōsiderandū est, quod Tertullian. monet de coronā militis. Capitis ornamentū & diadema est Christi. Et Clem. l. 2. c. 8. πῶς τὸ στέφανόν τῆς ἡμῶν, ὡς ἐν τῷ ἀδελφῷ, προσέκειν σωφρονισμῶν, ὅτι παρὰ τοὺς ἀνθρώπους τῇ γὰρ φῶν. & φανερὸν μὲν ἵνα αὐτοὺς, τὸν ἀνδρῶν ὑπολήψεις ἀνδρῶς, τὸν ῥά μὲν ἀνθρῶν ἵνα γαμεῖται, τὰ τεύχεα αὐτῶν, ἀδὲ τῶν σαρκικῶν λευκῶν ὁ δὲ ὁ δὲ πάλαι γεωργός. & φανερὸν ἵνα γαμεῖται, τὰ τεύχεα αὐτῶν, ἀδὲ τῶν σαρκικῶν λευκῶν ὁ δὲ ὁ δὲ πάλαι γεωργός. & φανερὸν ἵνα γαμεῖται, τὰ τεύχεα αὐτῶν, ἀδὲ τῶν σαρκικῶν λευκῶν ὁ δὲ ὁ δὲ πάλαι γεωργός.

Et deinde. βασιλεὺς ὅς οἱ ἰσχυροὶ χεῖρας καὶ λυγαί πῶς συνθέται καὶ ποικίλῳ χρωμάτων & φανερῶν, οἱ χεῖρες, τὸν χεῖρας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ συμπολιτῶν ἐπὶ φερόμενοι, λευκῶν καὶ φανερῶν χεῖρας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ.

Postcepto arundinem, hoc est ypham sylestie tectem, & eundem in manum dant. Deniq; genua

flexunt: על בור ברבור genua flexunt super genua sua, ut tanquam regem per ludibrium adorent. Expuunt in eum, & arundine caput veberant.

VERSUS 31. 32. 33.

Et postquā illuserunt ei, exuerunt eū chlamidem, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerunt, ut tolleretur crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgatha, quod est Caluarie locus.

QVÆSTIO I.

Quomodo & quo ad supplicium ductus est?

§. 1. **M**ore Romano ferebat crucem ipse suam, nō cadebatur tamen per viam: nam ante flagellatus erat. Cum vero plagis & vexationibus ita exhaustus esset: ut oneri succuberet, angariauerunt Simonem Cyrenæum ut portaret crucem post eum. Cyrenæ nobilis erat in Pærapoli seu Libya marmarica ciuitas, Plin. l. 5. c. 5. in qua magna multitudo Iudeorū habitabat. Angariauerunt vero, quod sponte nequaquam munus infame subire veller. de angariandi verbo supra dixi. Nec causa est, cur Erasmus miretur interpretem vsum verbo Persico, cum eodem sit vsus spiritus S. nam & in Græc. est ἡ γὰρ αὐτοῦ ἀγγαρία. Angariarunt. Syrus tamen sua dictione vitur שְׂחָחָרֻ Schacharu, angariarunt, traxerunt. Cyrenæum porro vocat Curinaa. alij iuuisse Christum, ut simul ferrent, alij vero Simonem solum tulisse arbitrantur.

§. 2. Locus in quo crucifixus est, extra portam ciuitatis erat, dictus גִּלְגַּתָּה, golgatha, à cranijs τὰς βιοδαντῶν, eorum qui supplicio afficiantur: nam & eo modo Christus cum iniquis deputatus est. גִּלְגַּתָּה cranium dicitur, à reuolutione, seu rotunditate. Syrus habet: גִּלְגַּתָּה gulguletha, & interpretatur etiam ipse קַרְקִיבָה Kark ph. ha. hoc est, caput. In loco igitur suppliciorū communi & infami velut maleficus supplicio afficitur, quia in hanc terram sceleribus hominum contaminatam venerat, ut eam suo aduentu sanctificaret, & peccata nostra sanguine suo emundare. Κεῖν, inquit Theophylact. τὸ πῶς ἐλάττω. διὰ τὸ φαίνεσθαι ἐν τῷ ὄρει τῶν πατέρων, ὡς ἐλάττωσεν, ὅτι ὁ ἄδελφός ἐστι τῶν ἀσπέρων πατέρων ἐν τῇ Ἀδὰμ ἀπεθανόντων, ὅτι ἐν τῇ γῆ τῇ ζωῇ οὐκ ἔστιν αὐτῶν ἔσθι. Craniū locus dicitur: propterea dicunt, qui ex traditione acceperunt patres quod quemadmodum omnes in Adam mortui sumus, sic in Christo nos viuificari oportet.

Hieronymus Golgatha ad Septentrionalem plagam montis Sion constituit, de locis Hebraicis.

August. serm. 71. de tempore. citat Hieronymum. Hieronymus pres. y. c. scribit, an. iquis. & Ser. ier. u. Iudæi secer. isime cogn. uiss. & uidi ibi immolatus sit Isaac, ubi postea Christus crucifixus est. Inde & Beda de locis sanctis c. 2. habet. In Hieronymo nusquam id legitur, alius ergo liber Augustino oblati est, qui non extat, nisi forte in Epistola aliqua Hieronymi, quæ interierit, tum verò hominum manibus uersetur intuentū est. Mihitamē res suspēcta est. Si enim indubitata fuisset illa apud Iudæos, qui Hieron. tempore fuerunt, & veratraditio, multo illa notior Christi tempore, & ante illud fuisset: q. si cōcedamus, nō videtur cōmissum fuisse Iudæi patuū suorum amāuissimū, ut locus tā celeberrimus & san-

118. Golgotha
119. Golgotha
120. Golgotha

Angariari.

Golgotha.

Golgotha
non est
nōs Moria.

& sanctus malefico: um, supplicij in famaretur, sanguine & ossib. contaminaretur. Mosis tempore mons ille notissimus fuit, Nam Abraham montem appellavit, *Dominus vid. 1. Gen. 22. 14.* Unde vsq; hodie dicitur: *In monte Dominus videbitur*, ut est eodem loco. Stigmat ille mons fuit ita celebratus, non puto Golgotha fuisse.

VERSUS 34.

Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibere.

QUESTIO I.

Quem potum Christo exhibuerunt?

§ 1. Diversitas inter Evangelistas nonnulla videtur esse. Matthæi verba: *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum, & cum gustasset noluit bibere.*

Leitio diversa. Marci 23. 15. *Et dabant ei bibere myrrhæ vinum, & non acetum.* De eodem tempore loquuntur uterque Evangelista, ut omnino videatur idem vinum cum felle mistum & myrrhatum. Apud Matth. in Græco est, *ὅς αὐτὸν* quidam tamen libri habent, non *ὅς*, sed *ὅτι*, alii tamen libri habent *ὅς* pleriq;

§ 2. Satis inter omnes convenit, initio cum Dominus crucifigendus esset, potum ipsi oblatum. Deinde cum clamasset *Eli eli lama sabachthani.* v. 46 & apud Ioannem, cum dixit *Si is*, quod eodem fere tempore contigit, & videtur, cum dixisset *ἐλὶ ἐλὶ*, mox subiecit, *σι*. Crebris etiam sua sponte milites acetum obtulerunt Luc. 26. *Illudabant autem ei, & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes: si tu rex Iudaorum, saluum te fac.* Syrus habet *כדן* quod est acetum, & dactylus immaturus. Vocatur autem *ὅς* non modo verum acetum, sed etiam vinum acescens seu vappa, quod linguam mordeat. Sic Horatium intelligo

Vappa acetum. *Si possit intus Chij, veterisq; phaleri
Mille cadis, (nihil est, trecentum millibus) acre
Potet acetum.*

Acetum enim seu vinum acre & acerosum opponit Chijo & Phalerno. Vappam etiam potare plebei solebant. *Mulsa prolutus vappa* apud eundem dicitur nata. dicitur illa etiam græcis *ὅς*. Dederunt ergo vinum, seu vappam cum felle mistum. Nam preciosum vinum nihil opus esse putabant felle corrumpere.

§ 2. An idem potus fuerit, vinum felle mistum, & vinum myrrhatum, magna disputatio est, præsertim post editos & reculos Baronij annales. Deinde an vinum myrrhatum fuerit suave, an amarum?

Constat sanè vinum myrrhatum, gratam fuisse positionem.

*Si calidum potas, ardensi myrrha phalerno
Conuenis, & mel oris fapor inde mero.*

Plinius lib. 4. c. 13. de myrrhino vino hæc habet. *Myrrhæ. s.* *Laustissima apud præciosos vina erant, myrrhæ odore condita, ut apparet in Plauti fabulâ, quæ Persa inferibitur, quamquam in eâ & calamus addi iubet. ideo quidam aromaticè delectatos maximè credunt. Sed Fabius Dorsenus his verbis decernit. Mittebam vinum pulchrum myrrhinum: Et in Acharistione. Pannem & Polentam, vinum myrrhinum. Scauolam quoq; & Zelium & Atteium Capironem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit.*

*Quod si opus est, ut dulce promas
Ladidem & quicquid habet? rogas?*

Murrhinam, passum, defrutum, mella.

Quibus apparet non inter vina modo murrhinam, sed inter dulcia quoq; nominatum.]

Vinum myrrhinum saporem è murrhinis potioribus traherat, ideo & illa in precio erant. Romam aduclata sunt triumpho Pompeij. Plin. lib. 37. c. 2. [Eadem victoria primum in urbem murrhina induxit: primumq; Pompeius sex pocula ex eo triumpho Capitolino Ioui dicauit; quæ protinus ad hominum usum transiere, ab acis etiam escariisq; vasis inde expetit. Excreuitq; indies eius rei luxus murrhino octoginta festiis empto, capaci plane ad sextarios tres calice. Potant ex eo ante hos annos Consularis, ob amorem obroso eius margine, ut tamen iniuria illa pretium augeret: neq; est hodie murrhina alterius præstantior indicatura. Idem in reliquis generis eius, quantum vorauerit, licet existimare ex multitudine, quæ tanta fuit, ut auferente liberis eius Nerone, Domitio theatrum peculiare trans Tiberim hortis exposita occuparent: quod à populo impleri canentis, dum Pompeiano præiudicet, etiam Neroni lassaret, qui vidit tunc, annumerari vnius Scyphistæ etiam murrhinæ, quæ in dolore credo seculi inuidamque fortunæ tanquam Alexandri Magni, corpus in conditorio seruari, ut ostentarentur, placebat. T. Petronius Consularis moriturus, inuidiâ Neronis principis, ut mensam eius exharedaret, trullam murrhinam trecentis festiis emptam fregit, sed Nero ut parceret principem vicit omnes trecentis festiis capidem vnam parando. Memoranda res, tanti imperatorem, parremq; patriæ bibisse.]

§ 3. Michael Mercatus Benzui ita existimat, eumq; Baronius sequitur. Qui etiam addit materiam ex myrrhâ incisâ stillantem concresecere, & in vas canari. at longe aliter Plinius lib. 37. c. 2. [Oriens myrrhina mittit. Inueniuntur enim ibi in prunis locis nec insignibus, maximè Parthici regni, præcipuè tamen in Carnania, Humorem putant sub terrâ calore dentari. Amplitudine nusquam paruos excedunt abacos crassitudine raro, quanta dictum est vasis potioris splendor his sine vitibus, nitoreq; verius quam splendor. Sed in pretio varietas cælorum subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoreq; & tertio ex utroq; ignoscentem, velut per transitum coloris purpura rubescere, aut lacte candescere. Sunt qui maximè in iis laudet extremitates, & quoddam colorum percussus, quales in cælesti arcu spectantur. His maculæ pingues placent translucere quæque aut pallere vitium est. Item sales Verrucæ que non eminentes, sed ut in corpore etiam plerumque scissiles. aliqua & in odore commendatio est.]

Plinius quidem famâ solâ motus hoc refert. Interim esse ex myrrhæ incisuris manantē ita tamen non adducor ut credam. Nam idem ille Mercatus fictilia vasa esse concedit, idq; ex Propertio docet. *Myrrhæque in Parthis pocula cocta focis.* & Arrianus de navigatione rubri maris diospoli fieri asserit.

Plinij opinionem defendere nihil opus est, cum ipse incertus sit, multo magis incertus fuit Propertius tanto ante Plinium. Sed Mercati sententiæ eius rationibus, quam firmare illam conatur, refellunt.

Fictilia esse vasa asseruerat, & ex lacrymâ myrrhæ materiam esse. At materia illa resinosa, pinguis, lenta non est, apta suffusionibus, ignibus liquitur, ut thus, masticæ, cæteraque eiusmodi. Non igitur fornacibus coqui, sed frigore stipari necesse est.

Deinde coctilia illa, & signata opera dū vîgnium lapidescunt, & durant in solidissima corpore odorem amittunt: quod experientia docet, & si forte id in omnibus locum non haberet, tamen non potest inficiari Mercatus, qui negat, lapidum esse vllum odorem